

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

34. De vastis motibus Iracundiæ: deque lenibus & moderatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

*De vastis motibus iracundia.  
De que lenibus, & moderatis.*

## C A P V T XXXIV.

*Motus ira  
cundia in  
obiurgatio  
nibus.*

*Gilda sapientis  
in correptione  
Bibliothecae  
SS. t. 5. p.  
87.*

Distinguendi sunt etiā nonnulli motus grandes, & vasti, quorum apud rusticos homines duros, & cervicos, vel etiam apud alios inueteratē malitiae viros, nonnunquam oportunitas est vīs: Neque enim compōritis ad eloquentiam motibus plus inuentur, quam cantilenis: Arque ut ipsi vīti sunt, & vragades, ita etiam atrocib[us] plerunque, & incompositis motibus, sine tamen prudentiā dispendio trāndi, quod mihi videtur Gilda sapientis in acri illa, contra Ecclesiasticum ordinem corruptione, cūm apud feros, & plumbeos homines res ageretur, praeficuisse. Ita enim incipit:

Britannia habet Sacerdotes, sed nonnulli insipientes: quamplurimos ministros, sed multos impudentes: Clericos, sed quosdam raptiores, subdolos: Pastores, ut dieuantur, sed occisioni animarum lupos paratos. Quippe non commodity plebi prouidentes, sed proprijs plenitudinem ventris querentes.

Deinde, Pinguedinis gratia taurorum more rauos, & ad illicita infelicitate promptos, vultus arroganter in altum habentes, & sensus conscientia remordente adima, veltarum demersos.

Mox, quid ad hāc dormitariis anima oculis aspicitis? Quid talia fardis sensuum auribus auiculatis?

Ita vir prius, in totā illa inuestiua homines tractarnō molli articulo blandiens, sed quasi robustiori turba clasticum canens, non curat autem, quam disposite dicat, aut lecte, aut quibus figuris illuminet affectus, vider enim cum crassis ingenij ageādum, quibus si mollius proprieas iracundiam, cogeri dicere: *Misericordia non intellexerunt.*

Alia prorsus in obiurgationibus agendi ratio est, apud generoflos animos, qui non remērē irritandi, sed leni quadam, & honesta iracundia stimulandi sunt, quod prudentissime, & discretissimē præstitit M. Tullius Philipp. prima in nobili illa Dolabellæ, & Antonij reprehensione. *Sed per Deos immortales.* Te enim intuens Dolabella, qui es mihi charissimus, non possum de venusque vestrū errore recicere Credo e-

nim vos homines nobiles magna quādam spēctantes, von pecuniā, ut quidam nimis creduli suplicantur, quā semper ab amplissimo quoque clarissimoque contemp[er]acti, non opes violentas, & populo Romano minime ferendam potentiam, led charitatem ciuitum, & gloriam concupisse, &c. quia alibi fusus.

Hæc plane prudens, excelta, & moderata iracunda obiurgatio. Habes eiudem rei præclarum exemplum in oratione Germanici, ubi militem ob concitatum seditionem obiurgat. *Quod nomen huic caeti dab.?* (non enim eos dicit ingratos, improbos, coniceleratos, quibus ipse adhuc egebat.)

Cornel. Tacit. l. t. Ann.

Milites ne appelle, qui filium Imperatoris vestri vallo, & armis circumceditis? an ciues? quibus tam proiecta est senatus authoritas Hostiū quoque ius, & sacra legationis, & fas gentium rupiles.

Crimen proponit, conuijis abstinet, stimulat etiam pristinæ virtutis recordatione: *Prima ne, & vicefima legiones,* sub finem quoque asperitatem melle diluit: *Tua Diu Augusto calo recepta mens.* *Tua pater Druso in age, tu morias,* ijdem istis cum militibus, quos iam pudor, & gloria inflat, eluant hanc maculam. Similia sunt, quæ habet Livius in obiurgatione Sciponis, de quibus suo loco. In hoc certè genere gratis, & honestus, & suavis est Balilius Magnus, in epistola ad virginem laplam. Crimen enim exponit magna verborum, & Basil. ad figurarum amplitudine, abstinet tamen acrio-virgin. tap. fultare.

Vbi est illa reverendus tuus habitus? Vbi honesti mores, & vestis frugalis virginem decens? & honestus ex pudore rubor, & decorus ex continentia, & vigilijs afflorescens pallor, omni coloris suavitate præstantior? Quoties in orationibus impolluta lachrymas effudisti? Quot literas ad sanctos sapientem exarasti, quid postulas non, ut nuptias humanas, aut haec pleam ignominia, & dedecoris corruptionem contraheres, sed ne à Domine I E S V excideres. Quot vero munera à sponso acceperisti, quid opus est dicere? coniunctum cum virginibus, progressum cum ijdem, eamonia virginitatis, virginicas benedictiones, iteras velas ad virginem scriptas. At nunc modica aura rebellis afflata spiritus conturbasti, & venerandam illam hæreditatem breuissimæ voluntatis momento commutasti, quia si fauibus aliquando placuit, feliciter post-

*Obiurgatio  
num vīs  
apud gene  
rolos ani  
mos.*

post hac amariorem experieris. Hęc ferē ad verbum ē Græco expressa. Deinde,

Corrupta est autem, non solum mens tua, sed cum eadem virginum corpus fœdissima libidine contaminatum. Et horrendum illud, quod pudet me dicere, sed tamen piger tacere, ardet enim velut ignis ossibus ipsis, & medullis adhærens, nec diutius sustinere possum,

*sublata membra Christi fecisti membrum mereanticum.*

*Ambro ad  
virgin. lap-  
sam cap. 2.  
Si modo eius  
est, quod vix  
credibile.*

In eodem genere longè acerbior est D. Ambrosius. *Vnde incipiam? quid primum? quid ultimū? dicam? Bona commemorem, quæ perdidisti. An mala defleam, quæ inuenisti? Eras virgo in paradiſo Dei, utique inter flores Ecclesiæ, eras sponsa Christi, eras templum Dei, eras habitaculum Spiritus sancti. Et quotiens dico eras, necesse est, ut totiens ingemiscas, quia nō es, quod fuisti. Incedebas in Ecclesia, tanquam columba illa, de qua scriptum est: Penna columba degargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri: splendebas, ut argentum, fulgebas, ut aurum, quando cum sincera conscientia procedebas. Eras tanquam stella radians, in manu Domini, nullum venum. nullas nebulas peritimescebas. Quæ ista subitanæ conuersio? Quæ ista repentina mutatio? De Dei virgine facta es corruptio satanæ, de sponsa Christi scorrum execrabilis, de templo Dei satum immunditia, de habitaculo Spiritus sancti, rugurum diaboli. Deinde,*

*Ambro. in  
reprehensio-  
nibus Basi-  
cigacrior.*

*C. 9.*

Væ tibi misera, & iterum vñ, quæ tanta bona parui temporis luxuria perdidiſti. Quam tibi spem apud Christum Domini reliquisti, eius membra tollens, fecisti membra mereanticis: *Mox ad corruptorem conuertit orationem:*

Dete autem, quid dicam, Fili serpentis, minister Diaboli, violator templi Dei, qui uno scelere duo crimina perpetrasti, adulterium utique, & sacrilegium: Sacrilegium planè,

vbi vas Christo oblatum Domino dicatum, dementi temeritate polluisti Baltasar ille Rex Hierosolymis fuerant à Patre eius ablata, bibere cum suis amicis, & concubinis usurpauit, ipsa nocte Angeli manu percutitus crudeli morte punitus est. Quid de te arbitraris perdite pariter, & perditor, & cetera.

Hæc vero etiam aduersus lapsam grandia sunt, & horroris plena. Cessat, cessat iam violentia segmentum, cessat ruboris argumentum, vbi toties membra illa dicata Christo, scelito mocho suis visceribus polluenda præbuisti. Horret animus, mens tabescit, cum ad auditum seelis peruenitur. Nam, & Medicus, quamvis fortis sit animo, cum altius tamē secat vulnus, patet ex parte aliqua sustinebit horrorem. Heu peritura, iamne intelligis omnes tibi rias exultationis omnimodis clausas? Iamne lenti, quantum tibi malis, & in carne, & in anima, uaria libido contulerit. Non istam de te confusione tuus expectauerat pater, qui te sibi singularem gloriam computabat. Nō hunc luctum, & has lacrimas ex te sibi nasci crediderat mater, quæ partus sui gemitum per tuam virginitatem consolabatur, &c.

Ad summum post increpationes adhibet iuraria remedia.

#### De mixtura motuum irasundia.

#### CAPUT. XXXV.

*Motus iracundiae nonnumquam cum Sar-  
casmo, hoc est, acri, atque mordaci risu tunida que  
præclarè temperatur: Et hoc quidem vehiculo modo im-  
lubinxus affectus, aduersarios in insectuus ve-  
peratur. hem enras afficit, atq; deridendo præbet: Mi-  
nus autem ad auditorum iracundia excitadum  
valer, quam miserationis temperies. Hoc ge-  
nere acerbè inuenitus D. Gregorius in Julianū.*

*Orat. 4.  
296.*

*T*ας ἐφυστήσεις, καὶ ἀνέφυστήτες, οἵ δοθε-  
μένοι ἐκεῖνοι, καὶ τὰ κακά τριπλασία,  
τοῖς Γραιδαῖς διπλεῖσθαι, τὸ δηπτέριον τῷ πρ  
ενδόντῳ, τῷ λόγῳ Στρατείᾳ; Τοῦτο λόγον γε τὸ Ρω-  
μαϊκὸν θεοτήτων τὰς γνώσεις ὅπα δοσχημονθ-  
σας, καὶ γέλωτα πολὺν παρεχόστας, οὐ τοῖς

*Iam sufflationes, & reflationes, quas admittit iracundia  
tandus ille vir, doctrinæque nostræ sigillator, yetulis mulierculis in contrarium ostenta-  
tura cum  
bar. altaris ignem accendens, quo tandem ora-  
risu morda-  
tionis loco ponemus? Præclarum enim profe-  
ci.  
Eto erat, Imp. Romani buccas indecorè tu-  
mentes cernere, risumque ingentem non ex-  
ternis tantum, sed his etiam, quibus haer-  
tione.*